Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

supra tractatum est. feminalia haec quae ad
operiendam carnem turpitudinis fieri man
dantur / illam castimoniae postionem quae ab
appetitu copulae coniugalis cohibet proprie
designat. Sine qua nemo uel sacerdotium suscipere uel ad altaris potestem ministerium consecrari.
l deest sinon aut uirgo permanserit / aut contra
uxoreae coniunctionis foedera soluerit. Quod
uidelicet genus uistutis nulli per legem dinecessario imperatur / sed uoluntaria est deuotione domno offerendum. dicente ipso de hoc. Non omnes capiunt uerbum istud. Ad quam tamen benignam mox exhortationem eos qui possint Inuitat dicens. qui potest capere capiat. Et paulo post eisdem qui uel uxorem uel alios cognatos et inplicamenta mundi huius pp ipsum reliquerint. centuplum promittit in hac uita praemium. et in saeculo futuro uitam aeternam.
Unde ceste gratia distinctionis Nimoses hoc indumento uestire aaron et filios eius iubetur. sicut de priorib; dr. Uestiesque his omnib; aaron fratrem tuum et filios eius cum eo. Sed facies inquit feminalia linea ut operiant carnem. Ipsi inquit operiant carnem turpitudinis suae. tu feminalia pontifici et filiis eius facies. Tu castitatis regulam docebis.